

**Disputatio politica III. De
regiis adjunctis,
virtutibus et juribus
majesta...**

Gyldenstolpe, Michael Olai Wexionius,

11 Ae 8:o (var. a)



D. O. M. A.

DISPUTATIO POLITICA III.

DE

REGIIS

Adjunctis, Virtutibus

EL

IURIBUS MAJESTATIS

In Regia Academia CHRISTINE A.

PRESIDE

M. MICHAELE O. WEXIONIO.

Polit. & Hist. Prof. pub. celeberrimo:

Respondente

IOHANNEMAT. KETARMANNO

Finlando.

Addiemi 17. Decembris, Anno 1645.

Cyrus apud Xenophontem.

Illi imperium optimè convenit, qui omnibus quibus imperat
melior est.

A B O Æ

Excudebat Petrus Baldi Acad. Typogr.



*Strenuo, Prudentissimis, Præstantissimis,
Humanissimisq; Viris,*

*Dn. Johanni Laur. Gode/ Copiarum pedestri-
um in Finlandia Capitaneo Majori meritissimo.*

*Dn. Johanni Johannis, Civitatis Aboënsis Cons-
suli circumspèctissimo.*

*Dn. Laurentio Petri, Toparchia Aboënsis Secre-
tario Solertissimo.*

*Dn. Martino Schilling/ actorum Regij Parla-
menti, quod Aboa Finnoꝝ est, scriba expeditiss.*

*Dn. Johanni Canuti Sileno, Civitatis Abo-
ënsis Senatori perindustrio.*

*Dn. Andreae Michaëlis Packalenio, superioris
Satacundia judici æquissimo.*

*Dn. Johanni Bartholli, S. R. M. tis in inferiori
Satacundia præfecto perfideli.*

*Evergetis, Fautoribusq; suis benignissimis
quovis honoris genere perpetim pro-
sequendis, Discursum hunc politicum
in tesseram gratitudinis pro maximis
beneficijs, reverenter & officiosè litat*

Johannes M. Ketarmannus





M O N E L A

Ad benignum Lectorem.

NE mireris, nedum stomacheris
Candide Lector, si titulum intu-
ens, posteriores quasdam disputationes
prioribus premissas fuisse deprehendas;
id enim ordinem seu methodum nostram,
quam in Disputat. pro Stipendiarijs regijs
servavimus, & alias, bono cum Deo, pau-
lo post in conspectum dabimus, inter-
turbare non potest: Suaserat in excu-
dendo, imò injunxerat, hunc saltum Re-
spondentium materias pro lubitu sibi de-
ligentium ratio. Ex ipso autem dispu-
tationis frontispicio, sedes & connexio pre-
sentis cum antecessis facile dispalescet.
Sit itaq; cum devota auxiliij divini im-
ploratione.

Thesis I.

Superiori Disputatione de Regis
constitutione actum fuit; Nunc
de ejusdem virtutibus, Adjun-
ctis,

Etis & juribus paucis etiam agendum
venit, priusquam ad *Subditos* descen-
damus. Quemadmodum Rex o-
mnes gradu ac dignitate anteit, ita
etiã dotib⁹ atq; virtute cunctis ante-
cellere dect, ut æquiori animo ejus
imperium feratur, & feliciores suc-
cessus in rebus gerendis sperentur.

II. *Doctes regia alia corporis sunt,*
alia animi, aut utriq; communes, qualis
bona & regia indoles per traducem
q; propagata, unde *Regem* nobis *Kun-*
nung aff *Kyni* sino derivatum auctor
Konunga *Styrels.* affirmat: Sicut
Germanis *König* à *können* id est pos-
se. Quamvis & eodem modo
nobis, aff *funna* quod idem est: aut
etiam *Konung* q: *Kunnug* / i. e. *Notus*,
quod natalium splendore, virtu-
tum q; radijs omnibus innotescat,
Rex latinis à regendo nomen ha-
bens. Græcis v. *Basileus*, q: funda-
mentum populi & fulcrum appel-
litatur.

Kunung.
Styrels.
lit. l. p. 5.

III. Corporis dona sunt Formæ de-
cus robur & agilitas; quæ lauda-
tissimæ familia Gustaviane perpetua
fuere. Atq; ut antiquos majores
taceamus eximium hoc Dei donum
R. GUSTAVO ADOLPHO Magno haud
parum & decoris & admirationis,
etiam apud hostes, addidit: ut ve-
rè de ipso, quod *Latinus Pacatus de*
Theodosio asseruit, affirmari potuerit.
Virtus meruit quidem Imperium; Sed
virtuti addidit forma suffragium: Illa
prestitit ut oporteret illum regem fieri,
hec ut deceret. Notandum verò cor-
poris hæc dotes optandas quidem,
non simpliciter requirendas esse;
Satius enim Regem gressu, linguâ,
oculo vel alio membro titubare, ba-
butire, caligare; quàm ipsam impe-
rij administrationem claudicare,
hesitare vel aberrare. Quod ex-
emplo R. Erici Balbi, qui gressu qui-
dem & linguâ impeditus, in guber-
natione autem felicissimus & expé-
ditissimus fuit, confirmari potest.

Lat. pag.
paneg.

J. Mag. lib.
19. cap. 14.

4. Ani-

IV. Animi dotes virtutes sunt
tàm *morales* quàm *Intellectuales*: *Mo-
rales* virtutes vel sunt *Ethica* sive *gene-
rales*, quæ ab omnibus quidem ho-
minibus requiruntur, in Rege verò
tanquam *ideâ* & *exemplari omnium*
virtutum multò maximè: vel *Spe-
ciales* seu *propriae*, quæ regijs perso-
nis velut *domesticæ* sunt.

V. *Generales* istæ, aliàs virtutes
Ethicæ audiunt, utpotè 1. *Pietas* &
Religio, quæ per se sola ad bene fe-
liciterq; vivendum sufficiens est, ut
Campanella ait, & *exempla Iosua, Da-
vidis, Hiskia, Constantini, Theodosij* &
aliorum similium *commonstrant*.
Nostriq; R. *Erici* 9:ni cognomento
S. di religionē plantantis ac dilatan-
tis, *templa, cultum divinum erigen-
tis & stabilientis*; *cujus etiam vesti-
gia R. Canutus* ejusdem filius *pres-
ferat*, vide *Ronung Snyrell. 4. B. 1.*
Fl. p. 10. 2. Iustitia q. *Sansueli, Aristidis;*
Nostrati R. Caroli 2. di Algotki, Digneri

Thom.
Campae. els
de Monar:
Hisp. c. 9.

vindicis populi, &c. 3. *Fortitudo*:
 q: *Gideonis, Alexandri*; Nostr: *Inge-*
mari, Philmeri, & unius instar omni-
 um, *GUSTAVI M.* 4. *Temperantia*;
 q: *Iulij Caesaris; Octavij Aug. Sc.* 5.
Liberalitas q: *Cyri, Longimani; Rode-*
rici Slingeband & similibus. 6. *Man-*
suetudo, & pacis studium, q: *Attilæ*
 4:ti *Svec. R.* qui defendendis quàm
 ampliandis regni finibus magis in-
 cubuit. Hisce & similibus virtutibus cuncti mor-
 tales ornantur; Regum verò & Principum Solia
 firmantur.

VI. Virtutes hasce non modò
 sanior *Philosophia* præscribit; verùm
 etiam *jura patria* severè mandant &
 injungunt; Exemplaq; contrario- Kong B.
L.L.c. 4.
& A.Reg.
form.
 tum vitiorum gravissimè persva-
 dent. Ita *Impietas Cambysen, Senna-*
cherib, Neronem, Christiernum Tyran-
num. Sc. Injustitia Caligulam, Acha-
bum; Wisburum R. Svec: ob aurum
 & argentum per fas nefasq; corra-
 sum, à proprijs filijs comprehensum
 & cum thesauris exustum; *Torde-*
 nem

E. 6. Kong
B. L. L.

nem 4. tum Sacrilegum, hostium fu-
rori à subditis relictum, &c. *Avari-
tia Midam*; R. *Svec. Grimmerum*, qui
sacrum rapiendo aurum, ferreâ sus-
pendi catenâ meruit: *Superbia* &
crudelitas Nebucodonozorem, Herodem;
Ragvaldum Knaphöfde / Solennita-
tem salvi conductus (grud och gilson
dict:) præsumptuosè contemnen-
tem; *Birgerum* perfidâ crudelitate
in fratres rabiosè grassantem: *E-*
brietas & luxus Sardanapalum; *Darium*
Codomannum; nostrumq; *Fiolnum*,
in mulsi dolio per ludibrium à mi-
nistris suffocatum; *Domalderum*,
Cereris in odore svavitatis accensum,
Ostianum crapulâ gravè igne Nycop.
pereuntem; *Sivardum* atq; *Walde-*
marum aliosq; innumeros perdide-
re. Hæc igitur & similia vitia, o-
mnibus quidem: Regibus autem &
Principibus viris tanquam *Scopuli*
pernitiosissimi omninò vitandi atq;
cavendi sunt.

VII. *Speciales virtutes & regib⁹*
quodammodo propriè sunt: 1. *Solli-*
cita Reip. cura. Quemadmodum
enim Rex propter Subditos & in il-
lorum usum creatur, non versâ vi-
ce; ità suarum esse partium memi-
nerit, omnem eò dirigere sollicitu-
dinem, ut subjectis civibus, non mo-
dò universis, verùm etiam interdum
singulis inserviat. Optimè proin-
dè *Dignus* Svec. R. ideò se regior⁹
honores & tributa accepisse memi-
nit, ut subditi tutò & justè viverent.

Joh. Mag.
Hist. lib. 7.
cap. 24.

VIII. *Secunda virtus regalis est*
Amor & benevolentia ergà subditos,
ut Rex vel Regina subditorum &
totius *Patria parens* dici mereatur,
ejusmodi enim *Paterne amor* Re-
gem denuò amari atq; tutissimum
facit. Nec tam satellitium & ar-
ces, quam obedientium amor & be-
nevolentia regentem comuniunt.
Hæc R. *Magnum Ladulas* subditis o-
mnibus desideratissimum reddidit.

Joh. Mag.
l. 20. c. 9. in
fine.

Hæc R. Carolo 9. no populi fidem
haud vacillantem conciliavit; cæ-
terosq; hujus seculi *Monarchas* nos-
traes in regio solio hæctenus, divinâ
affulgente benedictione, confirma-
vit. Exinde & vicinæ virtutes *Co-*
mitas atq; *Affabilitas* manant: Ne
difficilem se Rex in audiendo & ad-
mittendo præbeat; improbis ta-
men & adulantibus aditum præclu-
dat. Quod si *Commodus* ille incom-
modus Romanoram & *Botvildus* R.
noster observassent; & diuturnius
& felicius regnum habuissent.

Runing:
Styr: pag.
24. & 35.

IX. Regia itidem virtus est
clementia: Nihil quippè imperialis
Majestatis tam peculiare, quàm cle-
mentia & benignitas, per quam so-
lam Dei servatur *imitatio*, ut *Iustinia-*
nus loquitur. L. ult. C. de donat:
inter vir: & ux: Nihilq; magis Prin-
cipem gentibus commendat quam
clementia: unde & hujus laudem sæ-
vissimus Nero in initio imperij cal-
lidif-

lidissimè affectavit. Reverà & si-
ne fuco R. Svec. *Ericus 2dus*. insidia-
tores & malevolos *benevolentia* ac
mansuetudine, quam violentia & se-
veritate vincere prudenter maluit.
Clementiam tamen severitate & iustitiae rigore
temperandam, non extinguendam, haud inficia-
mur. Malis enim ignoscendo bonis nocetur.
Et ut eleganter Guntherus:

----- plus sèpè nocet patientia Regis Gunth. l. 1.

Quà rigor ille nocet paucis. Hac incitat o-
Dù se ferre suos sperat impunè reat? (mnes

Suppliciis a. non delectabitur: Et ad pri-
vatas iniurias ignoscendum pronus sit. Cuius rei
illustre exēplum vide in Theod: Arcadio & Hono-
rio: Ità respondentibus; Si quis modestiae ne-
scius & pudoris ignarus improbo, petulantiq; ma-
ledicto nomina nostra crediderit laceßenda, ac
remulentiã turbulentus obtreçtator temporum,
nostrorum fuerit, eum pœnæ nolumus subiugari,
neq; durum aliquid, neq; asperum volumus su-
stinere: quoniam si id ex levitate proceßerit,
contemnendum est: Si ex insania, miseratione
dignissimum: Si ab iniuria remittendum.

Cod: si
quis imp.
maledixe-
rit.

X. *Regum quoq; & Magnatum*
ferè proprium est Magnificentia ex-
ercitium. Cujus exempla, ut ex-
teros nunc taceamus, in *S. Erico;*
Magno Ladulås: Carolo 9. GUSTAVO
MAG.

MAG. & *Serenissimâ* nostrâ Reginâ
CHRISTINA luculentissima habemus'. In beneficentia autem declarandâ, modus etiam servandus'; eaq; per partes exercenda erit: id est, non omnia simul & semel effundenda.

XI. Inter præcipuas Regum virtutes est *Sancta & intemërata fides.*

Bod. de

Rep. l. 3. c. 6. b.

Quæ etsi toto aliâs orbe exularet: apud regiam tamen Majestatem locum invenire deberet: prout Carolus V. Rom.

Imp. heroicè respondit. Ejus etiam exemplum in *Hadingo Svec: & Hundingo Dan:* regibus habemus': quorum licet facta, utpote Ethnica, improbanda, fidei tamen constantia laudibus extollenda. Fidem v. violatam permultos sceptro ac diademate exuisse & nuperæ & antiquæ Historiæ satis superq; contestantur. Et hæc de moralibus Regum virtutibus, sic breviter dicta sufficiant.

XII. Ut aliquid etiam de intellectualib' dicamus. Decet Regem
omni

omni scientiarum genere excellere; (Neminem n. plus quam Principem sci-
 re oportet cujus doctrina omnibus potest prodesse subjectis) Non qui-
 dem ingurgitando; Sed ut Gellius loquitur, degustando. vid: omnino
 Schonb. pol. lib. 2. cap. 32. Quomodo id inter tantas publicorum negoci-
 orum moles assequi possibile; con-
 sulatur *Raison & Gouvernement d'e-
 stat. du Seigneur Giovanni Botero: livre
 2.* | Eruditorum sz. præsertim con-
 versatione & frequenti auditione. Adde *Horolog. Princip. lib. 2. cap. 27.*
 Ante omnia v. Rex hæc tria cogno-
 scet: 1. *Regulam vivendi; Psal: 119.*
 quæ est lex & voluntas divina. 2.
Naturam & affectionem populi; nimi-
 rum mores & ingenium subdito-
 rum, vicinorum, amicorum, hosti-
 um &c. Et 3. *Naturam regni & affe-
 ctiones imperij:* quod odijs & muta-
 tionibus communiter obnoxium
 &c. conf. *Althus. cit. cap. 21. 22. 23.*

Fl. Veget:
 prol. de re
 milit.

Althus &
 21. n. 12.

Buning,
 Strell.
 4. Bald.
 2. Glock.
 P. 64.

Et 24. Semina hæc sunt *Prudentiæ*,
quæ omnium actionum directrix,
assiduâ Historiarum meditatione
& experientiâ comparatur.

XIII. Istarum omnium virtu-
tum cumulum, tanquam fructus,
consequuntur *Authoritas, præclara fa-
ma, bona conscientia & felicitas.* Quæ
*Siggonem i. m. Ericum 1. Et 2. dum Beri-
tum, Magnum Ladulås / Gustavum 1. Et
Gust. 11. ac M. comitata sunt, & re-
giam Vasorum familiam etiamnum
comitantur.*

Sveicæ De-
Script. pag.
232.

XIV. Adjuncta in super regis
personæ sunt; *Conjunctæ* (cujus na-
tionis & religionis is esse debeat
Decret: Norcop: indigitat) Quæ &
qualis Reginae dos, sive *donum ma-
sutinale* cap. 10. *Rong: Balck: L. L. in-
dicat. Liberi, consanguinei auliciq;
ministri, quibus secundum ll. s. pa-
trias* (cap. 4. *Rong: B: L. L. artic. 6.*)
jus naturæ & legem divinam pro-
spiciendum ac imperandum. Conf.

Rus

*Runung: Styrell. 3. & 4. B. & c. Re-
creationes etiam regijs personis, sed
honestæ & graves, non denegandæ.
Victus frugalis meritò commenda-
tur Runung: Styrell. 4. B. 1. F. 6. p.
exemplo Augusti tribus ferculis con-
tenti. Vestitus gravis sit: Hic ut
Livius de Hierone, ità meritò de nostris
Regibus, nec vestes habitu nec alio
ullo insigni in vita quotidianà à cæ-
teris differre visos esse, nos verè af-
firmare possumus. Peregrinus a.
habitus, uti & mores, subditos haud
rarò offendunt: Quibus Pseudo-
Demetrius in Moscovia & detectus
& rejectus magna ex parte à Petro
Ubsal. docetur. Summa: in omni-
b⁹ Majestas, quæ imperij fundamen-
tum, eluceat.*

Sueton.
c. 74.

Chronicon
mosco. 1. 2.
p. 174.

XV. Est v. *Majestas*, (ubi non pro
splendore personali dignitate & re-
verentiâ atq; honore sumitur; sed
potestate) *major* ille inter homines⁹
Status, *juribus* quibusdam *Regalia* di-
ctis

Etis armata; quæ Summo Magistratui competunt (Summus enim dicitur, non respectu Dei Omnipotentis & super omnia, sed hominum sibi subditorum; non tam universorum, quam singulorum: Non respectu legis cui subest. Deut. 17. 16. Sed Magistratum inferiorum & intermediorum) juraq; ista ex patriâ potestate derivantur. Hic obiter etiam notetur Regalia non significare 1. Maiora & opulenta Sacerdotia, quæ ab ipsa Reg. M. te concedi & confirmari solent: ut patet ex Assesuratione Gust. Adolph. Nycop. 1611. p. 7. Nec 2. Insignia & ornamenta regis inaugurationis, qualis Corona, Ensis, Sceptrum, pomum & clavis, quæ sup. disp. 2. th. 30. recensentur. Sed; 3. Jura & præminentias Regibus & imperatoribus proprias in regni utilitatem tributas.

Inst. de I. G.
N. & C.

XVI. Regalia ista sive Iura Majestatis Summam & universalem Reip. potestatem de summis rebus, quæ ad Salutem animæ & corporis membrorum Reip. pertinent, disponendi complectuntur. D. Ion. Mag. Disp. pol. 7. th. 13. ex Hænon. disp. 3. Alth. c. 9. & c.

XVII. Omne igitur Majestatis jus ratione duarum hominis partium,

12. animæ & corporis; nec non re-
spectu geminarum Decalogi Tabu-
larum, proq; duplici societate hu-
mana, spirituali & seculari; Vel est
Ecclesiasticum, æternam hominis vi-
tam immediatè concernens; vel
civile seu *politicum* honestatem & ju-
stitiam civilem determinans? Dux ònis
bonæ con-
sociationis
columnæ.
Ps. 82. 5.

XVIII. *Ius illud Ecclesiasticum,*
est potestas disponendi, exsequendi & ad-
ministrandi mediæ ad cultum divinum, Hænon.
disp. pol. 3.
& æternam hominum salutem, pertinen-
tia politico corpori concessa. Quæ ite-
rum duplex; interna vel externa:
Illæ, verbum scilicet divinum prædi-
candi; Sacramenta administrandi,
sicut & jus clavium seu ligandi &
absolvendi, à peccatis nimirum,
ordini Ecclesiastico soli competit:
de quo infra Disp. 5. Hæc v. est pote-
stas religionem & ritus ex verbo Dei
in Remp. introducendi, exemplo
Iosue, Davidis, Salomonis, Ezechie:
Constantini M. Theodosij; Nostrumq;

B

Olai

Olai Skotkonung; S. Erici, Gustavi.
Vel introductam conservandi &
amplificandi, quod iidem fecere;
Nec minus *Carolus 9. nus & Gustavus*
11. dus M. & c. Synodos generales &
extraordinarias seu provincialia,
concilia indicendi & convocandi;
quale *Rex Iohan. 3. tius Ubsalia* Anno
1572. coëgit. *Scholas & Consistorio-*
rum formas instituendi, *Episcopos &*
ministros confirmandi, sustentan-
diq; festa, precum & gratiarum acti-
onis solennia ordinandi & promul-
gandi, &c. Magistratui potissimum
seculari demandata est; quod Mo-
sis aliorumq; Sanctorum praxis, &
quotidiana experientia confirmat,
adde *Psalm. 24. 7. Elevate vos porta se-*
culi & introbit Rex gloria. Es 49. Erunt
Reges nutritores tui, & Regina nutri-
ces tua.

Reink. de
reg. Eccles.
cap. 2.

XIX. Hæc politici Magistratus
cura atq; administratio circa reli-
gionem sive instituendam, sive re-
for-

formandam sive conservandam. 1. Pro principio & inconcusso fundamento *Solum verum Deum* ejusq; *S. Scripturam* canonicam observabit. 2. Ad unitatem & veritatem dirigatur. Nervus enim reip. & pax Ecclesiae, est *religionis unitas*. Quod dulcissimæ patriæ nostræ status divinâ benedictione pacatus & turbarum religionis expers luculenter testatur. 3. Rex sive Princeps ipse in verbo Dei egregiè sit versatus & religionis fundamenta exactè calleat; nec minus orthodoxorum Theologorum. ex verbo Dei, judicium perquirat atq; in consiliū adhibeat. Quorum cōpia haberi minimè potest nisi Scholæ & Academiæ, quibus meritò jam exultamus, fundentur, firmantur, salarijs & privilegijs exornentur.

XX. Meminerit etiam pius magistratus; *Conscientijs imperandum non esse*. Ut enim intellectus ad intelligendum, voluntas ad volendum cogi nequeunt. Ità neq;

ad credendum minis & violentiâ
quis adigi poterit: non torquen-
do & occidendo, sed ducendo ac do-
cendo religio propagatur. Undè
haud immeritò *Stephani Polon: Regis*
effatum laudabile: Tria sibi Deum
reservasse: 1. Ex nihilo aliquid facere, 2.
Nosse futura, Et 3. Conscientiis dominari.

XXI. Hæreticos tamen, ma-
ximè dolosos pertinaces & refracta-
rios, atq; pervicaces mentium dece-
ptores. Simul & concordie tur-
batores, sibi alijsq; exitio existentes
coercendos & puniendos esse non
negamus. *Satius n. est ut pereat unus,*
quã unitas. Quod nobiscū confirmat
constitutio *Oerebrogensis Anno 1614.*
p. 10. Sc. Et hæc de jure Majestatis
Ecclesiastico.

XXII. *Seculare sive politicum*
Majestatis jus, est potestas dispen-
di & ordinandi media quæ ad utili-
tatem corporis politici tempora-
lem sunt accommodata. *Qualia*
sunt

Hanoñ:
disp. polit.
3. th. 41.

sunt, leges, pax, bellum, lingua dia-
lectus, commercia, moneta, mune-
ra publica, privilegia, defensio atq;
protectio. &c.

XXIII, Politica ista Majestatis
jura sive regalia diversi diversimodè
dispercutunt. *Paurmeisterus* ex tribus
Majestatis officijs fluere asserit: or-
dinando, judicando & vindicando. Fa-
chineus quædam in signum supremæ
potestatis; quædam ratione præser-
vatæ dignitatis competere ait.
Communiter in *Majora & Minora*
dividi solent. Illa, supremam re-
gis auctoritatem & præminentiam
demonstrant, quæ ad duo capita,
Summam administranda justitiæ; Et
belligerendi potestatem, à Dan. ottone
referuntur. Hæc Fiscus regalia di-
cuntur, quæ ad cõservadũ & augedũ
Fiscum pertinent. Werdenhag. Re-
galia in Principalia & minus Prin-
cipalia. Hæc in consecutiva & im-
pertinentia seu absurda subdividit.

Befold, Syn
c. 2. de Jur.
Mai: spec.

Dan. otto,
iur. pub.
cap. 11.

Verùm nos curiosis hifce distinctionibus omiffis, ufitata nuda faltem enumerabimus.

XXIV. *Bodinus*, ut fupra. difp. 2. th. 5. in tranfcurfu monuimus², quinq; *Clapmarus* undecim recen- fet: videlicet. 1. Legem aliis dare non accipere. 2. Legibus folutum effe. 3. Magiftratus creare. 4. Jus legatos mittendi ac recipiendi. 5. Jus vitæ & necis. 6. Jus rerum facrarum, de quo fup. th. 18. & fequentibus. 7. Extrema provocatio. 8. Bellum inferre, pacemq; reducere. 9. Monetam cudere. 10. Jus nundinarum. Et 11. Jus veftigalium. Alij 208. alij 413. commemorant. Sed & hîc locum merito invenit tritum illud: *Ne quid nimis*. Alias enim in Regem turpiter quadrabit illud *Juvenalis*.

*Quicquid confpicuum, pulchrumq;
ex aequore toto est,*

Res Fisci est, ubicunq; natat &c. ---

Deut. 17. v. 15. & Novaq; Regalia, utpotè odiofa, haud facile inducenda.

16. &c. XXV. Nobis ufitata funt hæcce; 1. Homagio, ad legum obfervantiam & fidelitatem præftandam, cunctos imperio fubjectos, nullo

nullo excepto, obstringere. Quod Cap. 5.
Kong. 25.
L. L. p. 50
in fine.
verba finalia cap. 5. tit. reg. jur.
prov. innuit.

XXVI. Leges universis & singulis in imperio dare, condere aut abrogare. Universales enim leges tum fundamentales, statum imperij concernentes; tum merè civiles à summo Magistratu feruntur. Particulares v. etiam ab inferioribus Magistratibus statuuntur: prout Disp. 8. de
II. & iud.
th. 16. infra de legibus annotabimus. Universos autem (promulganti scil. subjectos) leges obligant. Undè patet romanas non magis nos stringere quàm Rom. *Lycurgi* vel *Draconis*; cum eisdem subjecti nunquam fuerimus. Aliàs quippe & exteræ gentis leges ad suum statum applicare & pro beneplacito usurpare nullam subjectionem arguit. Estq; notatu dignum; sicut jam in imp. Roman. leges non sine consensu Ephorum & ordinum; ita neq; apud nos Cap. 4.
Könung:
D. L. L. absq;

absq; eorundem consensu introdu-
cendæ & constituendæ, utut regio
nomine promulgentur.

XXVII. Utq; leges condendi,
itâ etiam interpretandi potestatem
habet R. M. tas omnium judiciorum
ordinationem, ultimamq; provoca-
tionem cap. 4. in f. Kong. Valef. L. L.
cap 41. Sing. B. Quæ tamen postre-
ma Parliamentis jam est concedi-
ta: Revisione S. R. M. ti reservatâ.

Process.
Jud. p. 35.

Deeret: Oe-
rebr. An.
1617. p. 13.
& ult.

Unde fluit 4. *jus vita & necis*: Ordi-
nant: jud: p. 16. in f. Et 5. *jus cogno-*
scendi de crimine læsæ Majestatis.
Process: jud. p. 20, Constit. Acad. c. 1.

XXVIII. 6. *Jus Magistratus*
constituendi; & *jurisdictionem* tri-
buendi atq; adimendi. Cap. 8. Kong.
B. L. L. c. 1. & 2. Sing. B. 7. Digni-
tates conferendi; *Principes* nimi-
rum, *Duces, Comites, Barones & Nobi-*
les creando, feudaq; concedendo.
§. fin. cap. 4. Kong. B. L. L. & §. 2. c.
II. cod. tit. (adjungunt huic non
nulli

nulli jus *Doctores, Licentiatos, Magi-* Dan: Ott: 2.
stros artiũ, comites Palatinos & laure- iur: pub:
tos poetas coronandi) Feudum, ut obi- cap. II.

ter hoc notemus, test. etiam Joan. Calv. in lexie.
Jurid., est vox Gothica & Longobardica, à *Fei*
de quod nostratibus adhuc dum hodiè Bellum.
significat, indubiè derivata: reliquæ eius nota-
tiones coniecturales sunt, imò ex partæ vanæ.
Cum namq; propter virtutem bellicam, & operam
contra hostiles insultus navatam, feuda eiusmodi
præcipuè, primò & primariò tribui soleant; præ-
dia deinceps, fundi, pagi, arces, regiones, &c.
Ità concessæ, ut feudatarius concedentem Domi-
num perpetuò agnoscat, eiq; fidelem operam
præstet, Feudalia dicta sunt. Allodialia rursus,
gothicum itidem verbum, prædia ab omni clien-
telâ libera & soluta significat. Nobis *Ueff*
odegit: alicuius ità propria bona, ut à nemi-
ne, nisi Deo & maioribus recognoscantur; Ab
antiquo *ode/* quod non olim, uti iam, desertum
significavit, sed proprietatem. Ut *Upsala ode/*
i.e. proprietas regni Upsaliensis sive Svetici. *Sime*
mel Ryles ode/ i.e. hæreditas cœlestis, cuius
quis in solidum Dominus existit. Hosce igitur
iuris feudalis terminos à Gothis seu nostrate lin-
gvâ oriundos esse patet. Sed ad rem.

Cap. 2.
Kong. B.
L. L.

XXIX. 9. *Ius legitimandi ille-*
gitimè natos. 10. *Famæ restituen-*
di. Et II. *Ætatis veniam conce-*
dendi: ut qui legitimam nondum

B 5

im.

Reink. de
regim. Sec.
lib. 1. cl. 3.
c. 11, n. 57.

C. 6 Drap.
m3 wiliq/
L. L.
C. 1. p. 2. in
f. Et. L.
cod. 1.

implebat ætatem à tutela vel cura-
tione liberetur. Ità *Rudolphus 2. dus*
imp. Rom. moderno regi Daniæ
Christiano 4. to annum ætatis 17.
agenti ætatis veniam indulserat. 26.
April. Anno Ch. 1593.

XXX. 10. *Ius securitatem & sal-
vovoguardiam seu salvum conductum*
concedendi. cap. 31. *Ronung. B. E. L.*
& c. 9. Et. tit. eod. cap. 6. homicid.
volunt. jur. prov. inf. & cap. 1. eod.
tit. jur. municip. Quod experien-
tia, maximè bellicâ tempestate, quo-
tidie confirmat atq; edocet. 11. Et
jus deniq; *Cursores* publicos sive *Pos-
tas*, ut vulgò vocant, instituendi &
confirmandi. arg. process: jud: p. 14.
Et hæc fermè iura potestatem administrandæ ius-
titiæ respiciunt.

XXXI. Belligerandi potesta-
tem concernunt: 12. *Ius belli indi-
cendi.* Læsæ igitur Majestatis cri-
men incurrit quisquis sine summi
Magistratus jussu & voluntate bel-
lum in imperio movet; Immò nec
arma

arma cuius privato impunè gestare
licet: ut jura nostra decernunt.

Cap. 34.
Kadst. B.

Ex hoc autem fluit 13. *jus pacem ineun-*
di, seu bellum pace terminare. Ve-
ra proinde pax non est, si quando
flagrante cum vicinis bello, subditi
in limitib⁹ de non offendendo paci-
fiscantur (quod vulgò *Bondefridh* vo-
cant: Neq; enim id ipsum tam jus
ullum probat, quàm *summi Magistra-*
tus indulgentiam & conniventiam
declarat, qui subditos ab interitu
quocunq; modo vindicare non re-
nuit. Interim bellum hìc *pace* non
terminatur, sed *belli saltem incommo-*
da quodammodo avertuntur.

Aur. reg.
Form. p. 63.
& 64. &c.

XXXII. Hisce affine est, 14.

Ius foedera pangendi: cit. p. 63. & 64.

A. Reg. form. propriè dicta foedera
hìc intelliguntur; de quibus infra
seorsim plura. Adde & 15. *Ius le-*
gatos mittendi, quod itidem à Maje-
state dependet. Emissarios quidem
civitates & status inferiores, *Legatos*
vero

verò strictè sic vocatos, (de quibus
etiam postmodum fusius) sola Ma-
jestas ablegare potest, ut ex Aurea
reg. F. patet. Quæ ideò majora
regalia dici consueverunt, quod
summam Regis & imperij eminen-
tiam ostendant.

XXXIII. Minora regalia Fisci
præcipuè commoda augment, undè
& vulgariter *Fisci Regalia* dicuntur;
qualia numerantur: 16. *Ius Arman-
diæ*, seu *Armanniæ* i. e. officinas con-
stituendi ubi arma cuduntur & fa-
bricantur, quales *Arbogix*, *Juncopix*:
Telgis borealibus &c. Neq;
enim injus R. Majestatis tormen-
ta & arma cudere aut invehere licitū
esse constat. 17. *Ius via publicæ*, quā
tutam præstare & à latronibus pur-
gare Majestatis est &c. 4. p. & artic. 7.
18. *Flumina publicæ*, eo-
rūq; usus in ædificatione molendi-
norum; Piscatione & navigatione.
Hinc annui reditus ex piscaturis
fluvi-

C. 13. Ed. 3.
B. L. L.
& 12. St. L.
cod.

fluviiorum. Hinc etiam est quod subditi frumentum ad molas publicas coronæ deferre cogi possint.

Gust. 1. Art.
Nycop.
1538. fest.
Sigfr.

Juxta ordinant: de telonijs molend: Holm: 1627. 22. Decemb. quæ tamen postea relaxata est. 19. *Portus*; id est vectigalia quæ pro transitu per pontem vel in portu solvuntur (*gabellæ & pedagia sive passagia Ictis exitalico dicuntur*) qualia etiam in ponte Laga-Holmianâ in Hallandiâ pendi consueverunt. 20. *Ripartica*: sunt vectigalia pro riparum transitu præstanda: quas publico sumptu Magistratus reparare tenetur.

XXXIV. 21. *Ius nova vectigalia instituendi, vel jam instituta augendi, quæ telonia vocantur. Instituuntur autem vectigalia ut suo loco dicemus: ex justâ causa in solatium, angustiarum.* Notandum quod ex necessitate ventorū videlicet vi pulsus quæ præter vehitur vel appellit, non sit onerandus.

PaSta Sve-
co-Danic.
1645. p. 12.

XXXV. Fiscum maximè spectat 22. Jus monetæ cudendæ: in qua tria præcipuè considerari solent. 1. *Materia*, propter valorem, quæ est aurum, argentum aut æs. 2. *Forma* propter auctoritatem, est imago Principis, cum inscriptione & publica auctoritate junctâ. 3. *Pondus*, propter usum, certâ metalli quantitate publicâ lege definitâ.

Decr. Nor.
80p. P. 3.

XXXVI. 23. Jus puniendi & mulctandi; tum ubi mulcta tripartitò ordinariè dividitur, inter actorè, Regem, & communitatem, sive territorij, sive civitatis: Tum ubi regi soli mulcta addicitur, Konungz censaaf utpote 40. marcæ. c. 23. Kong. Valck. L. L. c. 30. eod. tit. 32. & 34. ibid. adde Köpm. B. c. 6. & Riuff. B. St. L. c. 19. Dulgadråp / cædes clandestinæ cap. 25. & 26. Dråpmål. medh willia. L. L. & c. Sic & 24. *Ius bona vacantia apprehendendi*; Danaarff. c. 23. Erffo. Valck. L. L. sive etiam indigena aliquis

C. 2. Köz
tung. B.
L. L. in pr.

Cap. 18.
Erffo. B.
St. L.

quis sine hærede decedat. Adde

25. *Bona damnatorum & proscriptorum*

occupandi. conf. *Privileg. Nobil. p.*

II. & 12. Nec non 26. *Bona crimen*

læsa Majestatis committentium.

Adels
Priv. p. II.
& 12.

XXXVII.

27. *Angaria & paran-*

garia; sunt munera patrimonialia

sive *realia*, præstationes sc: jumen-

torum, plaustrorum & navium, quæ

in armorum transvectione vel aliâ

necessitate publicâ exiguntur: No-

bis *Stiufårder* item *Stiufning* eller

Stiufreesor dicuntur. Vid. ordi-

nant: *angar*: sive *Stiufårdsordning*.

R. GUSTAVI ADOLPH. *Wåsbÿ* 1615.

ut & novissimè publicatam ordi-

nant: *Aliæq; personales operæ*; cùm

determinatæ, åhrlige dagzwårcken /

tum indeterminatæ. 28. *Ius extra-*

ordinarias collationes, exigente neces-

sitate, secundum ll. irrogandi. Un-

dè capitaciones, accisæ aliæq; subsi-

dia bellicis hisce procellis originem

traxerunt.

Conf. Dec.
Norcop. p. 2
Rong. B.
L. L. c. 5.
P. 4.

3. Reg. c. 5.
& 12. & c.

Arg. p. 24.
& 25. privil.
Nobil.


XXXVIII: 29. *Argentaria* feu
metalli fodina, argenti, cupri, ferri &
similium metallorum: Huc & *the-
sauri* inventio referri potest, vid.
disp. 7. de bonis regni thes. 34. in f.
Et deniq; 30. Palatia sc: regia inha-
bitandi *jus* Majestati competit. Re-
gis namq; est *arces, castella, domosq;*
coronæ regias inhabitare: Et eo-
rum quibus hoc à *Regia Majestate*
concessum fuerit. Quippè quod
regalium, præsertim minorû exer-
citiû alijs permittere, proprietate
apud Majestatem ipsam manente,
haud absurdum.

Heig. par. I.
quæst. 15.

XXXIX. Adjungi solet etiam
regalibus, 31. Jus venandi; quod
nostro convenit. cap. 34. Kong. B.
L. L. præsertim nobiliorum ferarum
venationem regis Majestati reser-
vatam esse. cap. 23. Bygn. B. L. L.
ostendit, conf. Priv. Nob. p. 26. &
instructionem Regni venatoris,
dat. Holm. II. Decemb. 1635. & 3.
Aug.

August. 1636. ut & particularem d.
Ann. 1615. 20. Maij, & c. Ordin. GUST.
ADOLPH. Calm. 2. Decemb. A. 1616.
XL. Majestatis tandem est 32.
Jus urbes extruendi, privilegijsq;
donandi; jus stapulæ seu emporij
concedendi; Nundinas Solennes
instituendi, quales Holmianæ à fe-
sto Michaëlis 21. dies. Et Aboënses
ab 8. Non. Septemb. ut alias nunc
taceamus. Atq; hæc præcipua
sunt Majestatis jura, quibus regnum
sive resp. commodè carere haud po-
terit. Et tantum de Majestate, ejusq;
juribus hæc vicè dixisse sufficiat.
Jehova Exercituum, Regni Svecici
stator ejusdem regalia & majestatis
jura clementer defendat atq; poten-
ter tueatur. Amen.

Vid. Edit.
S. R. M. tin
1636.



COROLLARIA.

^{I.}
OMnis Majestas à Deo origi-
nē habet. Rō. 13. 1. Pet. 2. v. 17.

C

2. Reo

2. Regi proinde etiam impio honos & reverentia exhibenda; impia tamen præcipienti non obtemperandum. *Magis n. Deo quam hominibus obediendum. Act. 5.*
3. Rex Dei est vicarius atq; legatus; Lex item animata: divinis tamen & naturæ legibus non est solutus. *Imò nec civilibus, nisi quatenus publica recip. utilitas aut necessitas, cursum extraordinem inflectere & obliquare mandat.*
4. Majestas realis, regno coæva & perpetuò inhærens, à personali Majestate qua personæ confertur, cumq; eâ, vel ante eam, interit (*nihil quicquam reluctantis Neotericis quibusdam*) differt.
5. Non Solutus imper. Rom. majestatem habet. *Quamvis n. in Germania antebac nullibi, quam in aulâ imperatoris*
audita

audita sit vox majestatis; Sed Regibus
Dignitatis saltem titulus, Königlich e
Wurde / attributus: Eos tamen Re-
ges, Principes & Respub. qui neminem
præter Deum & legem superiorem a-
gnosunt Majestate gaudere, eodemq; ju-
re cum Cesare uti atq; saluari statuimus.

6. 1. Sam. 8. Describitur Jus tyrannicum
si eo ad licentiam Rex abutatur: Sin
ad publicam utilitatem eodem fru-
atur, verum ibi jus Regium contine-
tur. Neq; n. aliter regia administratio
& stat^o servari potest. Nisi Rex adm-
nisteria filios, filiasq; adhibeat, greges
addecimet, ex vinearum redditibus famu-
los alat, &c. Conf. artic. 4. cap. 5.
Kong. Bald. L. L.

7. Jus comitia indicendi partim ad or-
dinandi; partim judicandi, partim
ad vindicandi, partim ad collectan-

di potestatem referri potest. Eòs qua-
tenus ll. Et decreta ibi promulgantur,
istud, quatenus de bello gerendo inibi
decernitur. Huc quatenus collationes
irrogantur.

8. Repressaliæ sive oppignorationes à
sola etiam Majestate conceduntur;
Et quâ defensionis speciem habent ad
jus belli; quâ subditis gravatis jus as-
serunt, justitiæ administrationem re-
spiciunt.
9. Majestas sine causâ, i.e. publico com-
modo non suadente, subditis res suas
earumq; dominium aut jus auferre,
non potest. 3. Reg. cap. 21. Kong. B.
L. L. cap. 4. artic. 2. in fine.
10. Non omnes Reges ab imperatore
rom. Majestatem habent. (Quod
tamen præsumptuosè Et hyperbolicè ni-
mis asserere nonnulli baud verentur

Kec.

Keckerm. Syst. pol. l. 1. c. 32. Et Liebens-
thal exercit. polit. 8. quæst. 3. § 9.) Sue-
ciæ etenim Gothiaq; Reges quamvis cū
rom. imp. amicitia foedera coluerint, ut
Biörno 2. dus cum Carolo M. ejusq; filio
Ludov. 1. Eric. victoriosus cū Othone 1.
Et Leo Sueticus romanam aquilam co-
miter olim observavit, ut habet Elogi-
um Gustavi Adolph. cedrō dignum, à
R. D. Jonâ M. VVex. 1631. concinna-
tum; Ab ijs tamen jura Majestatis e-
mendicasse, ullo ve modo eisdem unquam
subjecti fuisse in historijs nusquam legun-
tur: Nec sceptrum aliunde, quàm à
Deo & populo suscepisse. Contra quã U-
ladislaus 1. polon: R. cui Papa diadema
tradidisse fertur. Et Magnus Dano-
rum R. qui Friderico 1. mo juramentum
præstitit, prout ex Cromero & Trithei-
mo testatur Arniseus pol. c. 11. Eun-

demq; Fridericum r. rom. imp. Danicæ
Regi gladium & Coronam transmississe
refert. Bodin. de rep. l. i. c. 9. pag. m. 166.
Daniamq; cum olim Ducatus tantum
fuerit sic regnum factam esse ex Heluod.
idem Bodin: citato loco comprobat, &
jam antehac Canutum Lothario homa-
gium præstitisse. Cujusmodi de inter-
nis nostris regibus nunquam probari po-
terunt. Majestatis itaq; fontem, in no-
stra patriâ Deum ipsum & liberum po-
pulum, non imp. rom. agnoscimus.

11. Etiam minima resp. quæ superiorem
non agnoscit, nisi Deum & ensẽ,
Majestatem habet. *Neq; enim mi-
nus formica nomine animalis gaudet,
quàm Elephas; ut ut quantitate hic eam
longissimè superet. vide Bodin. lib. 1. de
rep. c. 2. pag. m. 12, & 13.*
12. Cum personalis Majestas reali
obno-

obnoxia dicitur, obligatio seu obstri-
ctio non subjectiva sed conservativa
intelligenda venit. *Nec ideo quic-
quam auctoritati vel dignitati Regis de-
rogatur, quod ad conservandum se Sta-
tumq; regnumq; suum obligetur. Sicut
ideo non desinit aut minuitur libertas a-
licujus quod seipsum ledere aut occidere
non liceat. Nam & Rex contra of-
ficium agens, homicida suæ dignita-
tis appellari consuevit. Besold. Synops.
c. 1. de jur. Maj: in gen.*

*Doctrinâ & linguâ moribusq; Ornatissimo
atq; Politissimo Viro-Iuveni,*

DN. JOHANNI M. KETAR-
MANNO, Sympatriotæ & amico meo sin-
gulariter dilecto, de Virtutibus ac Juribus
Regijs, nervosè & eruditè disputanti,

Praclaram Citharam Musas tenet inter Apollo,
Quâ tactâ, dulcis redditur arte sonus:
Regia sic tractus inter stipendia Regis;
Reginæ divæ, quam Deus ipse beat, *Vita*

Virtutes tractas generosas, juragq; summas,
Digna quidem summis; Principibusq; viris.
Quis discurrendis, defenaendis gravitate
Solerti, acre, sagax ingeniumq; probas.
Quod precor ut faustumq; tibi jubeat Deus esse
Cun̄tipotens semper; laudibus atq; sibi.

Honoris, amorisq; ergo scribebam

MARTINUS STODIUS Aboens.
Lingg. P. P.

PRæmia præcellis debentur grandia curis,
Ut sua iustitiæ sit ratio atq; vigor.
Maieſtas ideo haud regno disconvenit ampla,
Juribus & Sceptris concomitata suis.
Induperatorum sed sunt insignia, quæ sors
Non capit inferior, propria castra tenens.
pulchro hæc dum prodas JOHANNES ecce! lepore
Sollicitæ mentis contrahis inde decus.
Sicq; tuas curas quondam non præmia fallant,
Nec te sic meritùs destituatq; honos.

*Præstantiss. Dn. Respondenti ami-
cosuo infucato paucula hacce fe-
stinanter & amâter*

A X E L I U S A N D R E Æ
Bohan.

